UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Qvæstionvm Regvlarivm R. admodum P. Emanvelis Roderici Lusitani, S. T. Lectoris Prou. S. Iacobi Reg. Obseru. Ordin. Mino. Diffinitoris

Rodrigues, Manuel

Lvgdvni, 1621

Statutum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41743

Visual Library

ctus fuerit vſurarius manifeſtus, excommunicatus publicè, & nominatim interdictus: tunc enim iure poteſt. *art*. 4.

SIMONIA.

Vide Diſpenſare, Donare, Dos, Nouitius, Profeſſio.

STATVTVM.

STatutum, eſt quod fit à communitate; præceptum à Superiore; illud valet morte Prouincialis, aut Generalis; hoc morte præcipientis finitur. *to*. 1. *q*. 10. *art*. 1.

Statutum Ordinis; v.g. Capituli generalis, non valet contra ius Canonicum; nec generale carens authoritate Apoſtolica, contra illud quod habet. *art*. 3. & 4.

Pœnale ſtatutum volunt aliqui etiã obligare ad culpã, ſi talis pœna non ſubeatur; ſed contrarium eſt verius, cùm in Religione pœnæ non ſemper debeant reſpicere culpas, ſed ſæpe mortificationem. *art*. 6.

Omnes Moniales Fratribus Minoribus ſubditæ, tenentur acceptare ſtatuta Ordinis etiam Prouincia

cialia,pro ipſis edita. *art.7.*

Sixtus IV.declarauit quod in Ordine Minorum nullum ſtatutum, conſuetudo, aut declaratio,etiam à Papa confirmata præter Regulam obligat ad mortale; quod etiam comprehẽdit declarat omnes & cõſtitutiones Papales, niſi illæ ſint omnibus Regularibus communes: non tamen extendit ſe ad poſt facienda, ſed tantùm ad ea quæ priùs erant facta.*art.8.*

Papa confirmans aliquod ſtatutum, nunquam intendit relaxare ſed ſemper reformare, aut ſaltem in obſeruantia confirmare; aliàs niſi expreſsè dicat, talis confirmatio cenſenda eſt ſubreptitia, & nulla.*art.9.*

SVCCEDERE.

Vide Hæres.

SVSPENSIO.

Vide Abbatiſſa.

IN his caſibus regulares incurrunt à iure ſuſpenſionem. Primò, prælati alienantes rem ſtabilem ſine ſolennitate, & aſſenſu

Capitu